

70.

uertit dies in alio loco. Ego sum. ego sum. quid deo iniqua
testuas. Omnes enim declinauerunt simul. inuitales facti erant.
non erat qui faceret misericordiam nec ueritatem. Neque erat scientia
dei super terram. Maledictio & mendacium & homicidium & ad-
terium & furtum. Cuncta occupauerant & sanguinem sangu-
ni miscuerant. Unde loquitur per prophetam heu mihi quia
perit reuertens terra non est qui faciat rectum in hominibus.
Omnes in sanguine meo iudicantur. Unus quisque proximum suum
tribulat tribulatione. Et ad malum manus suas preparent
& cetera his similia. Quibus illud est. nemo mundus a sordibus
nec sumus quidem dies fuerit uitae eius super terram. Unde
dominus fecisse diluuium qui iuxta apostolum per unum. occisus
est carne. uiuificatur spiritu. & predicauit spiritibus in carcere con-
stitutis quando dei patientia expectabat in diebus noe.
diluuium impius inferens. in cuius exemplum aqua nos mun-
dat. non sordet carnis abluens sed bona conscientiae in-
rogatione in deum. Montes autem & colles qui non commoueantur
in huiusmodi diluuiis moti fuerant. scilicet uult intellegi
accepto foedere semper non. Qui in priori diluuiis moti fue-
rant. & sua reliquerant firmitate. Die Montes & colles
& aduersarias potestates. qui uiderunt filias hominum
quod essent bone & amoris iaculo. uulnerati sumpserunt
sibi uxores ex omnibus quas elegerent. et perdidit
fortitudinem pristinam. Et nequaquam in hoc diluuiis sint
futuri. hoc ille dixerit. cuius explanationem lecto